



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Ecclesia Gallicana non passa est à Regibus novos episcopatus instituti,
quod tentaverat Childebertus Meleduni, ad petitionem plebis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

Nov. 19. ad Epist. ad
Priscilium. Arme-
nia c. 1. dicit illa
epistola. Regum imperio
Zec. 12. regnabat
qui tunc reges
Armenie. & quod
dicitur.
Ibidem: ut in
zec. 12. regnabat
qui tunc reges
Armenie. & quod
dicitur.

Dicitur pro-
vinc. MS. adjun-
cta Paderborn.
Conc. Chalc. A.D.
xv.

nuit. Accidit tamen huic provinciae ut tem- poribus Honorij Imperat. aliquor urbibus minueretur; qua cum tribus oppidis à Bithynia recisis, in provincia specialis no- men concesserunt, cui Honoriadis nomen impositum. Huic novae provinciae sua me- tropolis non defuit, nempe Claudiopolis, una ex urbibus Bithyniae; qua statim ea- dem dignitate in Ecclesia aucta est. Vnde Claudiopolis recenter inter civitates metropolitanae in subscriptionibus Concilij Chalcedonensis aequè ac civitas Gangra- rum. Ex Honoriade & reliqua Paphlagonia unum provinciae corpus Iustinianus constituit, ea lege, ut de dignitate ecclie- siastica utriusque metropoleos nihil depe- riret. Ante conjunctionem istam videtur immunita semel Paphlagonia, adjuncta fuisse Galatiae. Vnde vetus auctor scripit: *επ τη Γαλατια Παφλαγονια*. Quod Gangren- sis clericis occasionem præbuit trium Episcoporum suorum ordinationem ab E- piscopis Ancyra Metropolitanis Galatæ petere.

Quam religionem in provinciarum con- junctionibus adhibuit Iustinianus ut nihil immutaret in sacerdotio, eadem usus est in provinciarum sectionibus. Armenia tributa fuerat in primam & secundam, & suis Metropolitanis parebat. Sed Iustiniano, qui devictis barbaris Imperij fines pro- tulit, visum est integrum Armeniam in qua- tuor provincias partiri, que totidem magi- stratis regenda committeretur. *Que ve- ro*, inquit, *ad sacerdotia spetant, ea, ut sae- diximus, volumus in pristina manere forma,* negotio ipso negue circa jus metropoliticum ne- que circa ordinationes vel mutationem vel nova- tionem suscipiente.

I V. Gallicana Ecclesia in eandem sen- tientiam cum Synodo Chalcedonensi & In- nocentij decreto consipravit, putavítque nefas esse Regum imperio episcopatus no- vos instaurare. Cūm enim Childebertus Rex Francorum Meleduni, qua urbs erat in diœcesi Senonensi sita, Episcopum ordinandum ad petitionem plebis curaret, & in eam rem cuperet Leonem Senonensem Epi- scopum Metropolitanum adesse; ille con- stantissime respondit epistola ad Regem data: *Custodite, queso, statuta Patrum; & Canonum severitate constricti, non patiamini, sicut scribitis, ad petitionem ejus plebis, super- stite proprio Sacerdote, alterum Episcopum ordi- nari.* Quia si hoc credunt quod nefas est credi, deseriores potius judicandi sunt quam fideles. Et non eorum preces facile audiri debent à Prin- cipe, quorum petitionibus potius generantur scandala, quam pax Deo amata servatur. Epi-

stolam vero his verbis concludit: *Nam glo- ria vestra optimè debet & credere & scire. quia si contra statuta Canonum quicunque Episcoporum sine consensu nostro Meledone Episcopam voluerit ordinare, usque ad Pape notitiam vel synodalem andientiam, tam hi qui ordinaverint, quam qui ordinati fuerint, a nostra erunt com- munione disjuncti.*

V. Novi episcopatus institutionem ten- taverat tantum Childebertus. Sed Sig- liberti Regis consensu peracta fuerat in Ca- stro Dunensi, parœcia Carnotena; ubi Promotus Presbyter, seca diœcesi, Epi- scopus fuerat institutus. Ægrè tulit hanc sibi & Ecclesiæ Carnotena factam injuriam Pappolus Episcopus Carnotensis, qui rem omnem ad Concilium Parisiense detulit. Et synodus quidem nefarium conatum damnans, Promotum ab episcopali digni- tate dejectis, & integræ diœceseos admini- strationem Pappolo restituit; sed præterea Regem gravi oratione officij sui admonuit ne Promoti causam conclamatam ultrà tue- retur: *Quantum ineffabili gaudio synodali Concilio nuntiatur, quandoquidem à Catholicis Principes nova pro dilectione Christi concipi- tur, tantum lamentabile execrandumque censetur, cùm in Ecclesia sancta contra Deum & co- tra canonum disciplinam dissensio generatur.* Tum recitata Promoti consecratione, ad- dit: *Quam rem licet vix credere possumus cum consenfu glorie vestre fieri potuisse; tamen si cujuscunque prava suggestione preventi, in hac tam obscena & Ecclesiæ universa contraria con- sensisti, ab hujusmodi scandali defensione sin- ceritatis vestre conscientiam expietis.*

V I. Cūm Rogerius Calabriæ & Siciliæ Comes felicibus armis Siciliam à Sarraceni extorsit, in id omne studium suum con- tulit, ut episcopatus in illa insula restitue- ret. quod perfecit immanni sumptu, & libe- ralite qua hominem gente Gallum dece- ret. Ac primò Troïensem episcopatum instituit: quem deinde cum Messanensi, cuius restaurationem aggressus est, diplo- mate suo conjunxit quidem, sed de Summi Pontificis consilio & auctoritate, ut pater ex ipsarum literarum Rogerij lectione, quas *Sigilli nomine* inscripsit. Eadem auctoritate Pontificis Gnesnensem archiepiscopatum in Polonia ab Ottone III. constitutum fuisse anno DCCCCXIX. ex Ditzaro recte censuit Illustrissimus Cardin. Baroni- nius.

VII. Quare non est quod à communi Univeralis Ecclesiæ sensu recedamus, fac- da in Principes adulazione; ut contigit Marco Antonio de Dominis, qui episco- patuum institutionem Regibus perperam

Epistola Concilii
in IV. ad Episcopum
Bonnae Regiam
173.

Fatig. diploma
Rogerij apud Ul-
bernum Prola.
Dicitur. De
adversarij re-
cilia fidei pte
III. Card. Bona
an. 999.

Marcus Antonio de
Dominis. L. & De
Rep. Eccl. c. 1. f.
158 & 160.

&

Nov. 31. De de-
scriptione quatuor
Provinciarum Arme-
niæ c. 1. dicit illa
epistola. Regum imperio
Zec. 12. regnabat
qui tunc reges
Armenie. & quod
dicitur.

Epistola Leonis ad
Child. T. 1. Con-
sil. Gall. an. 518.